OFFICIUM S. FULGENTII EPISCOPI, ET CONFESS.

DUPLEX.

Omnia de Com. Conf. Pont. præter ea, quæ hìc sunt prop.

ORATIO.

EXaudi quæsumus Domine, preces nostras, quas in Beati Fulgētii Confessoris tui, atque Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, ejus intercedētibus meritis ab omnibus nos absolve peccatis, Per Dominum.

IN I. NOCTURNO.

Lectio de Script. occurrente.

IN II, NOCTURNO.

Lectio iv.

FUlgentius Hispanus ex nova Carthagine, Severiano Patrem ejusdē Provinciæ Duce genitus, Sanctorum Leandri, Isidori, & Florentinæ germanus frater; à pueritia cùm morum honestate esset instructus, ætate provectior, omni virtutum genere, & sacratum quoq; litterarum eruditione adeò enituit, ut Doctoris illustris titulū apud Hispanos fuerit assecutus. Cujus rei illud quoq; argumentum est, quòd egregius idem Doctor Isidorus, qui ab eo fuerat educatus, & piis documentis imbutus, Libros de Ecclesiasticis officiis, in quibus de universis mysteriis, quæ in Ecclesia celebrantur, ac de originibus officiorum Ecclesiasticorum disseruerat, ipsi sanctissimo Fratri, sacræq; disciplinæ amantissimo dedicavit.

℟. Invenit David.

Lectio v.

SEd nihil ad Fulgentii commendationem illustrius, quàm ipsorum quoq; hostium gravissimum de eo prolatum testimonium. Cùm enim Leovigildus Gothorū Rex Sororius ejus Ariana hæresi infectus, post patratam

tam filii sui Sancti Hermenegildi cædem, infirmitate acriter torqueretur, flagitii pœnitentia ductus, licet non ea, qua par erat ad salutem obtinendam Reccaredo filio suo præcepisse dicitur, ut Leandrum, & Fulgentium, qui in doctrina Ecclesiastica insigniter clarebat; tamquam Patres audiret, & eorum monitis obtemperaret. Id verò à Reccaredo cumulatè præstitum fuisse, tota Gothorum gens ad veram fidem perducta, & Ariana perfidia in Concilio Toletano tertio ab universo Regno abjurata, luculentissimè testantur.

℟. Posui adjutorium.

Lectio vi.

EPiscopus creatus Astigitanam, & Carthaginensem miro zelo, & exemplo gubernavit Ecclesias. Toletanæ Synodo interfuit, sub Rege Gundemato, itidemque Hispalensi secundo, in cujus actis nonnulla suæ Ecclesiæ jura leguntur vindicasse. Deniq; ab inceptæ vitæ instituto non recedens, & forma factus gregis ex animo, cum pietate in Deum, Pastorali in subditos vigilantia, alliis sanctis operibus vitam religiosissimè transegisset, virtutibus, ac meritis plenu nec sanctitate minùs, quà doctrinæ fama illustris, ob dormivit in Domino. Eu diœcesis Carthaginensis, & Placentina ut primariu suum colunt Patronum. Sacræ ipsius, & Florentin Sororis reliquiæ sub Alpho so Undecimo in Berzocan oppido inventæ, ac poste divisæ, partim in eade Placentina diœcesi, parti Murciæ magna populi ve neratione coluntur.

℟. Iste est.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii se cundùm Matthæum.

Lectio vii. *Cap.* 5.

IN illo tempore dixit J sus Discipulis suis: V estis sal terræ: quòd si s evanuerit, in quo salietu Et reliqua.

Homilia Sancti Gregor Papæ.

Ex Homilia 17. *in Luc.* 1 *ante medium.*

COnsiderandum nob est, ut qui una eadem que exhortationis voc non sufficit simul cuncto

ad-

admonere, studeat singulos, in quantum valeat, instrueret, privatis locutionibus ædificare. Debemus namq; pensare continuò, quod sanctis Apostolis dicitur, & per Apostolos nobis: Vos estis sal terræ. Si ergo sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur, qui pastores estis, pensate, quia Dei animalia pascitis: de quibus profectò animalibus Deo per Psalmistam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea.

℟. Amavit eum.

Lectio viii.

ET sæpe videmus quòd petra salis brutis animalibus anteponitur, ut ex eadem salis petra lambere debeant, & meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petre salis debet esse Sacerdos in populis. Curare namque Sacerdotem necesse est, quæ singulis dicat, unumquéque qualiter admoneat, ut quisquis Sacerdoti jungitur: quasi ex salis tactu æternæ vitæ sapore condiatur. Sal eternim terræ non sumus, si corda audientium non condimus: quod profectò condimentum ille veraciter proximo impendit, qui prædicationis verbum non subtrahit, sed tunc verè aliis recta prædicamus, si dicta rebus, & exemplis ostendimus.

℟. Sint lumbi vestri.

Lectio ix.

NUllum puto, fratres charissimi, ab aliis majus præjudicium quàm à Sacerdotibus tolerat Deus quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla previtatis cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus: nulla animarum lucra quærimus: ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipso quod cæteris prælati sumus, ad agenda quælibet majorum licentiam habemus; susceptæ benedictionis mysterium vertimus ad ambitionis argumentum: Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus: locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur.

Te Deum laudamus.

Missa

tam filii sui Sancti Hermenegildi cædem, infirmitate acriter torqueretur, flagitii pœnitentia ductus, licet non ea, qua par erat ad salutem obtinendam Reccaredo filio suo præcepisse dicitur, ut Leandrum, & Fulgentium, qui in doctrina Ecclesiastica insigniter clarebat; tamquam Patres audiret, & eorum monitis obtemperaret. Id verò à Reccaredo cumulatè præstitum fuisse, tota Gothorum gens ad veram fidem perducta, & Ariana perfidia in Concilio Toletano tertio ab universo Regno abjurata, luculentissimè testantur.

℟. Posui adjutorium.

Lectio vi.

EPiscopus creatus Astigitanam, & Carthaginensem miro zelo, & exemplo gubernavit Ecclesias. Toletanæ Synodo interfuit, sub Rege Gundemato, itidemque Hispalensi secundo, in cujus actis nonnulla suæ Ecclesiæ jura leguntur vindicasse. Deniq; ab inceptæ vitæ instituto non recedens, & forma factus gregis ex animo, cum pietate in Deum, Pastorali in subditos vigilantia, alliisq; sanctis operibus vitam religiosissimè transegisset, virtutibus, ac meritis plenus, nec sanctitate minùs, quàm doctrinæ fama illustris, obdormivit in Domino. Eum diœcesis Carthaginensis, & Placentina ut primarium suum colunt Patronum. Sacræ ipsius, & Florentinæ Sororis reliquiæ sub Alphōso Undecimo in Berzocana oppido inventæ, ac postea divisæ, partim in eadem Placentina diœcesi, partim Murciæ magna populi veneratione coluntur.

℟. Iste est.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundùm Matthæum.

Lectio vii. *Cap.* 5.

IN illo tempore dixit Jesus Discipulis suis: Vos estis sal terræ: quòd si sal evanuerit, in quo salietur. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Ex Homilia 17. *in Luc.* 10. *ante medium.*

COnsiderandum nobis est, ut qui una eademque exhortationis voce non sufficit simul cunctos ad-

admonere, studeat singulos, in quantum valeat, instrueret, privatis locutionibus ædificare. Debemus namq; pensare continuò, quod Sanctis Apostolis dicitur, & per Apostolos nobis : Vos estis sal terræ. Si ergo sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur, qui pastores estis, pensate, quia Dei animalia pascitis : de quibus profectò animalibus Deo per Psalmistam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea.

℟. Amavit eum.

Lectio viii.

ET sæpe videmus quòd petra salis brutis animalibus anteponitur, ut ex eadem salis petra lambere debeant, & meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petre salis debet esse Sacerdos in populis. Curare namque Sacerdotem necesse est, quæ singulis dicat, unumquéque qualiter admoneat, ut quisquis Sacerdoti jungitur : quasi ex salis tactu æternæ vitæ sapore condiatur. Sal eternim terræ non sumus, si corda audientium non condimus: quod profectò condimentum ille veraciter proximo impendit, qui prædicationis verbum non subtrahit, sed tunc verè aliis recta prædicamus, si dicta rebus, & exemplis ostendimus.

℟. Sint lumbi vestri.

Lectio ix.

NUllum puto, fratres charissimi, ab aliis majus præjudicium quàm à Sacerdotibus tolerat Deus quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla previtatis cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus : nulla animarum lucra quærimus : ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipso quod cæteris prælati sumus, ad agenda quælibet majorum licentiam habemus ; susceptæ benedictionis mysterium vertimus ad ambitionis argumentum: Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus : locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur.

Te Deum laudamus.

Missa

Missa. Sacerdotes tui, *cum Evang.* Vos estis sal terræ.

Pro Diœcesibus Carthaginensi, Placentinæ, & Hispalensi. Omnia de Comm. Doctoris.

In utriusq. vesp. ad Magnificat. Antiphona. O Doctor optimè, Ecclesiæ Sanctæ lumen, Beate Fulgenti, divinæ legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

ORATIO.

DEus, qui populo tuo æternæ salutis Beatum Fulgentium ministrum tribuisti; præsta quæsumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dominum nostrum.

Lect. primi Noct. Sapientiam, *de Comm. Doctoris reliqua ut suprà.* 1.

Missa: In medio Ecclesiæ *de dicto Comm. cum* Credo.

HISPANIARUM.

SAcra RituũCõgregatio ad pias precesSerenissimiPhilippiV.Regis Catholici,enixasq; Emi. & Rmi. D. Card.de Belluga Episcopi Carthaginensis, ejusq; etiã Cathedralis Ecclesiæ,aliorumq; Episcoporum,& Ecclesiarum Hispaniæ per Emum. & Rmum. D. Card. Barbarinũ relatas, indulsit, atq; concessio,ut Officium S. Fulgentii Episcopi de Cõmuni Confessoris Pontificis cũ Lectionibus propriis,& Evg. Vos estis sal terræ,*ab omnibus tã Sæcularibus,quã Regularibus utriusq; sexus,qui in Regnis Hispaniarum degunt,& ad Horas Canonicas tenentur, die 16. Januarii sub ritu duplici recitari, & Missa respectivè celebrari possint,& debeãt.Et pariter cõcessit,quod idẽ Offic.in Diœcesibus Carthaginensi,& Placentino recitari valeat de Comm.Doct.cum ejusdem Lectionibus ii.Noct.prop.sub ritu primæ Clas.cũ Octava,tamquã de Patrono Lectionibus ii. Noct. ex S. Isidoro Hispalensi desumptis: & de eodem Comm. Doct. in Diœcesi etiam Hispalensi,sub ritu tamen duplici. Missa,& Credo respectivè si SSmo. Dño. N. visum fuerit. Die 17. Aprilis 1723.*

Factaq;deinde per me Secretarium de prædictis,SSmo.D.N.relatione Sãctitas Sua benignè annui.Die 21.ejusdẽ mẽsis,& anni 172

F. Card. Paulutius Præf.

Loco ✠ Sigilli.

N.M.Tedeschi Archiep.Apamen.Sac.Rit.Congr.Secr.